

Inhibitio, ne Monaci Ordinis S. Benedicti, Congregationis Coelestinorum, dignitates, gradus, & officia, seculari favore, & illicitis viis procurent, pluribus in eos, eorumque fautores poenis indictis.

PAULUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

Quoniam nemo debet assumere sibi honorem nisi vocatus à Deo tamquam Aaron, & a regularis vitae instituto valde alienum est, ut religiosi viri, quos honorum, & dignitatum gradus, & officia, ac aliiis religiosi virtutibus potius promereri, quam appetere, eosque gradus cum ad eos assumuntur, obedienter suscipere, susceptoque humiliter administrare decet, mendicatis secularium praesertim personarum studiis, ad eos sibi aditum patefacere contendant, unde magna in Ecclesia Dei scandala, & damna exoriri solent.

Prohibitio officia religionis conquisitis extra eam favoribus, illicitisque viis procurandi sub multis poenis in eos, & eorum fautores inflicta.

§.1. Nos qui pro muneris nostri debito in hoc potissimum laborare non desistimus, ut Ecclesiastica, regularisque disciplina pristinae observantiae restituatur, hoc malum e Congregatione Coelestinorum Ordinis Sancti Benedicti, cujus prosperum regimen, & incrementum ad Ecclesiae sanctae utilitatem sinceris desideramus affectibus, propellere cupientes, Motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolica potestate plenitudine omnes, & singulos Monachos dictae Congregationis cujuscumque gradus, status, conditionis, praesentiae, qualitatis, & dignitatis existentes, qui de cetero ad Praelaturas, gradus, honores, dignitates, administrationes, functiones, & alia officia dictae Congregationis assequenda intenti, ad Principum, ac Praelatorum, & aliarum quarumcumque personarum, tam secularium, quam Ecclesiasticarum, de gremio dictae Congregationis non existentium, etiam Cardinalatus honore, ac quacumque seculari dignitate, & excellentia, etiam Imperiali, Regali, & Ducali fulgentium, favores recurrerint, vel etiam pactis, pollicitationibus, aliisque viis illicitis directe, vel indirecte, palam, vel occulte ad Praelaturas, gradus, honores, dignitates, administrationes, functiones, & alia officia praefata obtinenda aspiraverint, vel aliis minus legitimis, & honestis rationibus ea obtinere quaesiverint, aut etiam sponte oblatis, & minime conquisitis usi fuerint, illorumque complices, & fautores, vinculo excommunicationis latae sententiae, a qua non nisi per Nos, aut Romanos Pontifices pro tempore existentes, praeterquam in mortis articulo constituti, absolvi queant, innodamus, ipsosque, & eorum quemlibet ad quascumque Praela-

turas, dignitates, officia, gradus, honores, administrationes, & munera in ipsa Congregatione obtinenda, perpetuo inhabiles declaramus, ac obtentis per eos Praelaturis, gradibus, honoribus, dignitatibus, administrationibus, functionibus, & officiis hujusmodi eo ipso privamus, ac privatos voce tam passiva, quam activa carere decernimus, & declaramus.

§.2. Atque in virtute sanctae obedientiae, ac sub excommunicationis etiam latae sententiae poena, omnibus dictae Congregationis Monachis, Superioribusque, & Praelatis quocumque titulo nuncupatis, etiam Abbati Generali, praesentibus, & futuris, praecipimus, districteque mandamus, ne quempiam ullo tempore precibus, literis, vel favoribus adducti, vel alias ad instantiam, seu requisitionem, vel contemplationem Principum, seu Praelatorum, aut aliorum quorumcumque tam secularium quam, ecclesiasticorum extra dictum gremium existentium praefatorum, ad cuiusvis generis Praelaturas, gradus, honores, dignitates, administrationes, functiones, & officia dictae Congregationis promovere audeant, seu praesumant.

Prohibitio ne Superiores d. Congregationis, favoribus extra ejus gremium attentis, aliquid ad officia admittant.

§.3. Decernentes electiones, & promotiones ad Monasteria, & Prioratus, vel officia dictae Congregationis contra praesentium dispositionem, quod ab sit, quandocumque faciendas, & pro tempore obtinendas, nullas prorsus, invalidasque fore, & esse, ac omnes, & singulos in praemissis delinquentes sententias, & poenas praemissas irremissibiliter eo ipso incurrere.

Declaratio, quod electiones, & promotiones aliter factae sint invalidae.

§.4. Et ita per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, etiam Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula.

§.5. Non obstantibus quibusvis Apostolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & ordinationibus, necnon Ordinis, & Congregationis hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia, roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, Quibus omnibus, & singulis eorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Aut si praedictis Monachis, vel quibusvis aliis communiter, aut divisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non fa-

Quibuscumque non obstantibus.

Formam publicationis hujus bullae praescribit.

Ejusdem exemplis credi jubet.

Dat. die 27. Aug. An. XII.

facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

§.6. Ut autem harum literarum notitia ad omnes Congregationis hujusmodi Monachos facilius deveniat, volumus illas pro hac prima vice in singulis dictae Congregationis domibus regularibus, & deinde in singulo quoque Capitulo Generali, seu dieta dictae Congregationis publice legi, illisque, ut praefertur lectas sic omnes arctare, ac si unicuique intimatae fuissent.

§.7. Illarumque exemplis etiam impressis, manu Scribae dictae Congregationis, vel Notarii publici subscriptis, & sigillo Abbatis Generalis ipsius Congregationis, vel alterius personae in dignitate Ecclesiastica constitutae obsignatis, eandem prorsus fidem haberi, qua praesentibus haberetur si eadem exhiberentur.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die 27. Augusti, millesimo sexcentesimo decimosexto, Pontificatus nostri Anno duodecimo.

CCLXV.

Ex Regest. in Secret. brev.

Revocatio, abrogatio, annullatio, novaque concessio Privilegiorum nominandi ad Beneficia in Civitate, & Dioecesi Leodiensi, pro Universitate Studii Generalis Oppidi Lovanien., Mechlinien. Dioecesis.

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

Regimini universalis Ecclesiae, meritis licet imparibus, divina disponente clementia praesidentes, inunctum Nobis Apostolatus officium, debite ut tenemur, exequi coadjuvante Domino cupientes, ad concordiam praecipue inter personas ecclesiasticas ponendam, quietemque nutriendam eo propensus apostolicae sollicitudinis studium adhibemus, quo dissensionum talium dispendiosam, & scandalis non alienam fore intelleximus: nec non indulta pariter, & privilegia per Praedecessores nostros Universitatis praesertim Studiorum generalium concessa, libenter confirmamus, ac etiam moderamus, & respective ampliamus, prout praefata literarum studia, quibus praedicti residentes incumbunt, ac praecipue Magistrorum infra scriptae Universitatis Lovanien., nec non Sedis Apostolicae Officialium, aliorumque provisorum apostolicorum, maxime Romanam Curiam sequentium, vigilia, & labores exposunt, vota quoque Principum, aliorumque egregiorum virorum suppliciter Nobis porrecta exquirunt.

§.1. Sane dilectus filius nobilis vir Albertus Archidux Austriae, Dux Brabantiae, & Comes Flandriae, nec non dilecti filii Status ejusdem Brabantiae Ducatus, ac Universitatis Studii Generalis Oppidi Lovanien., olim Leodiens., nunc vero Mechlinien. Dioecesis; nec non facultas artium praedictae Universitatis, humiliter Nobis exposuissent, quod alias felices recordationis Sixtus Papa Quartus Praedecessor noster clarae memoriae Maximiliani Romanorum Imperatoris, tunc Austriae Ducis, & tunc existentium Doctorum, & Magistrorum, scholariumque dictae Universitatis supplicationibus inclinatus, Reptori ejusdem Universitatis pro tempore existenti, facultatem de quinque Magistrorum in Congregatione ipsius Universitatis deputandorum consilio, & assensu nominandi, singulis Praelatis, Capitulis, Collegiis, Conventibus, & personis ecclesiasticis utriusque sexus secularibus, & regularibus, etiam si Abbatibus, Abbatibus, Episcopali, Archiepiscopali, aut Cardinalatus fungerentur dignitate, & honore, ad quos, quas, vel quae Canoniatum, & Praebendam, ac administrationem, & officiorum, ceterorumque Beneficiorum Ecclesiasticorum quorumlibet, cum cura, vel sine cura, in terris temporalis Domini dicti Maximiliani Imperatoris, & recem. Philippi ipsius Maximiliani Imperatoris progeniti, consuetum, collatio, provisio, praesentatio, electio, seu quavis alia dispositio communiter, vel divisim pertineret, & eorum cuilibet, etiam si aliqui ipsorum extra terras eadem sedem, & residentiam haberent, dummodo tamen, plusquam de sex beneficiis, seu officiis hujusmodi disponere, vel providere, aut ad illa praesentare, eligere, vel nominare, seu alias illa quovis locorum fundata, conferre haberent; si Praelati videlicet, vel Praelatae, aut aliae singulares personae vita, & praelatura, ac administratione eorum durante, semel dumtaxat: si vero Capitula, Collegia, vel Conventus fierent singulis viginti annis, unum Clericum ex studentibus, & graduatis dictae Universitatis, ac in illa residentibus, qui ultra quadraginta florenos auri de Camera annuatim non haberet, vel qui ob paupertatem gradum assequi non posset, per certas suas literas concessit, & perpetuo indulsit: ac voluit, quod Praelati, Capitula, Conventus, Collegia, & personae hujusmodi, ac Successores eorum, quibus praedictae nominationes factae forent, eisdem Clericis sic nominatis, de uno Beneficio Ecclesiastico cum cura, vel sine cura, Clerico seculari in titulum conferri, & per talem regi, & gubernari, solita dispositioni apostolicae generaliter non reservato, aut ex generali reservatione affecto, etiam si Canonatus, & Praebenda, administratio, vel officium in Collegiata, aut scholastica matricularia, vel custodia in Parochiali Ecclesia, seu Cappella esset, & ad administrationem, vel officium hujusmodi consuevisset quis per electionem assumi, eique cura immineret ani-

Sixtus IV. Reptori Universitatis concedit jus nominandi Clerici ad unum beneficium in quolibet Dioecesi in Dominis Brabantiae, & Flandriae.

Leo X. Decano artium simile concessit privilegium nominandi unum Magistrum artium singulis decemnis.

animarum, cujus fructus, redditus, & proventus triginta florenorum Remensium auri, secundum communem estimationem, valorem annum non excederet: quod post nominationem hujusmodi ipsis Prælatibus, Capitulis, Collegiis, Conventibus, & personis de se factam, & præsentatam, quovis mense apostolico, vel ordinario perpetuis futuris temporibus vacare contingeret, ipseque sic nominatus, per se, vel Procuratorem suum ad id ab eo specialiter constitutum, infra unius mensis spatium, duce-ret acceptandum, possent, tenerenturque, & deberent omnino providere.

§. 2. Et deinde pie memorie Leo Papa Decimus etiam Prædecessor noster, ejusdem Maximiliani Imperatoris, & similis memorie Caroli Quinti eorundem Romanorum Imperatoris, tunc Archiducis, & Margaritæ Archiducissæ Austriæ; nec non, & tunc existentium Decani, & facultatis artium ejusdem Universitatis supplicationibus inclinatus, per alias suas literas, quod Decanus, vel Vice-Decanus pro tempore dicte facultatis, de assensu, & consilio Receptoris, & Procuratorum etiam pro tempore quatuor nationum ejusdem facultatis artium, per se, vel ad id ab eis ob suorum absentiam, vel alias, ne nominationes differrentur, substituendos, præstando, seu majoris partis eorundem singulis decem- annis posset quibuscumque Collegiis, Capitulis, & Conventibus semel; Prælatibus vero Collatoribus, Collatricibus, & aliis singularibus personis habentibus dispositionem, etiam qualemcumque Beneficiorum, vel Officiorum Ecclesiasticorum in dictis terris temporalis Domini Maximiliani, & Caroli Imperatorum prædictorum, seu quæ eisdem, vel alteri eorum, aut legitimis eorum heredibus spectabant, seu spectarent, & pertinerent pro tempore, quo illi, vel illis subjecti essent: nec non in Civitate, & Patria Leodiensi, ac Comitatu Lofsenfi, & Ducatu Bullonensi, et etiam in Civitate Cameracensi, et tunc Comitatu Cameracensi, ac Tornacensi, Morinensi, & Attrebatensi Civitatibus, & Diocesis, & in Civitate Trajectensi consistentium, etiam si aliqui eorum extra Terras, & Loca prædicta Sedem, & residentiam haberent, & quacumque præfulgerent dignitate, bis, seu duabus distinctis vicibus, vita, prælatura, & administratione eorum durante, unum ex Magistris in artibus, qui inibi in facultate prædicta sex annis legisset, vel rexisset, vel ob doctrinæ eminentiam, ad docendum Logicam, vel Physicam Aristotelis admissus, seu in illa novem annis promotus, & graduatus foret, & ex illius consilio esset, vel aliquando fuisset, & qui excepta prima vice, ultra octuaginta florenos auri de Camera hujusmodi in annuis redditibus non haberet: ipseque nominatus quodcumque Beneficium, seu Officium Ecclesiasticum cum cura, vel sine cura, in dictis literis expressum, eidem dispositioni apostolicæ, reservatione generali incorporare, juris clausa non reservatum, cujus

fructus, redditus, & proventus sexaginta florenos auri de Camera similes, oneribus deductis, non excederet, quovis etiam mense apostolico, vel ordinario acceptare valeret, nec sic nominatus teneretur nominationem hujusmodi insinare Capitulis, Collegiis, Conventibus, Prælatibus, Collatoribus, Collatricibus, vel singularibus personis prædictis, aut post acceptationem factam de Beneficio, seu officio vacante, Collatorem ipsum, vel Collatricem, seu Capitula, Collegia, vel Conventus hujusmodi pro collatione requirere, sed quod posset vigore dicte nominationis de persona sua factæ ab exequutoribus in literis Sixti Prædecessoris hujusmodi, deputatis, seu Decano Ecclesiæ Sancti Petri dicti Oppidi Lovanien. pro tempore existente, & Beneficio, seu Officio vacante sibi provideri facere, plenarie, dicta auctoritate apostolica, absque ulteriori requisitione ipsorum Collatorum, Collatricum, Capitulum, Conventuum, & Collegiorum, vel personarum prædictarum, ac post suam acceptationem, ad instar expectantium apostolicorum, & prout in gratis expectativis observabatur, insinare, seque in corporalem possessionem poni, & induci facere concessit, & etiam perpetuo ordinavit, seu concessionem, & facultatem Sixti Prædecessoris hujusmodi ad hoc extendit, & ampliavit.

§. 3. Voluitque omnes, sic pro tempore nominatos præferri quibuscumque aliis etiam habentibus vigore primariarum, Regalium, & Imperialium præcum, seu alias nominationes, etiam vigore quorumvis privilegiorum, & Indulorum Apostolicorum quibuscumque aliis studiis generalibus, etiam Parisiensi tunc, & pro tempore etiam motu, auctoritate, & potestate similibus concessorum.

§. 4. Quodque suis Literis hujusmodi, non nisi sub certis modo, & forma tunc expressis derogari posset: Insuperque idem Leo Prædecessor per reliquas suas Literas, motu, auctoritate, & potestatis plenitudine paribus, declaravit, facultates, & desuper concessas Literas prædictas cum omnibus, & singulis concessionibus, Indultis, statutis, Ordinationibus, & aliis in eis contentis clausulis quoad Beneficia sub illis comprehensa per quascumque literas Apostolicas, Constitutiones, & Cancellariæ regulas minime revocatas, suspensas, limitatas, vel modificatas fuisse, & esse, aut revocari, cassari, suspendi, limitari, vel modificari potuisse, neque in futurum posse, nisi dum, & quoties in hujusmodi futuris revocationibus, suspensionibus, & modificationibus de aliis Sixti Prædecessoris hujusmodi, & suis prædictis literis, ac diebus datarum earundem, nomineque, & dignitate ipsius Maximiliani Imperatoris, tam etiam dum in humanis ageret, quam eo vita functo, specialis, specifica, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio facta foret, & ipse Leo Prædecessor, vel Successores sui Romani Pontifices

Decretivique sic provisos præferri aliis quibuscumque provisis.

Clausulaque nonnullas apponit pro perpetua suarum literarum firmitate.

tifices pro tempore existentes, per diversas literas in forma Brevis duxisset, seu Successores prædicti duxissent publice in eadem Universitate insinuandum, suæ, & successorum eorundem intentionis esse, literas hujusmodi ex aliqua causa revocare, suspendere, vel modificare cum intervallo unius mensis inter datas singularum literarum in forma Brevis hujusmodi, & non aliter, nec alio modo, & si forsan alio modo literas hujusmodi contingeret revocari, suspendi, vel modificari, seu jam tunc revocatas fuisse, ex tunc, prout ex ea die, & quoties sic revocata, vel suspensa forent, in suum pristinum, & eum, in quo ante revocationem, suspensionem, vel modificationem hujusmodi quomodolibet erant statum, plenarie reposuit, restituit, & reintegravit, ac plenarie repositas, restitutas, & reintegratas fuisse, & esse declaravit:

§. 5. Successiveque rec.mem. Hadrianus Papa VI. similiter Prædecessor noster singulas literas Sixti, & Leonis Prædecessorum hujusmodi, & in eis contenta quæcumque, motu, scientia, & apostolicæ potestatis plenitudine similibus, approbavit, & innovavit, & pro potiori cautela illa omnia de novo concessit, ita quod Decanus, vel vice-Decanus facultatis artium hujusmodi, modo in literis Leonis Prædecessoris hujusmodi expresso, quibuscumque Collegiis, Capitulis, & aliis personis, etiam quacumque dignitate, vel honore fungentibus qualemcumque dispositionem Beneficiorum, vel Officiorum Ecclesiasticorum in quibusvis Ecclesiis locorum, Civitatum, & Diocesium prædictarum consistentium, habentibus Magistros in artibus in dicta facultate artium promotos, & graduatos, ut præferretur, nominare, & nominati hujusmodi quæcumque Beneficia, & Officia Seniores, videlicet artium Magistri, qui dictum tempus attigissent, vel sex annis in facultate prædicta legissent, seu rexissent, vel ob doctrinæ eminentiam ad docendum Logicam, vel Physicam Aristotelis admissi, seu in illa novem annis promoti, & graduati forent, & de illius consilio essent, vel aliquando extitissent illa Beneficia quorum sexaginta ducat. auri de Camera; Juniores vero artium Magistri, qui dictum tempus non attigissent, illa quorum triginta florenorum Rhemensium aureorum grossi fructus, oneribus non solum perpetuis personalibus, & realibus, sed etiam pensionibus annuis aliis personis super eisdem Beneficiis, & Officiis reservatis, & quibuscumque aliis oneribus valorem fructuum, quos absens in studio, aut alio loco privilegiato reciperet, diminuentibus, plenarie, & totaliter deductis, valorem annum respectivo non excederet quovis etiam mense apostolico, vel ordinario infra unius mensis spatium a die scientiæ vacationis beneficii computandum, etiam si hujusmodi beneficia cum cura, & sine cura, Clerico faculari in titulum conferri, & per talem regi, & gubernari solita. Canonici, & Præbendæ, dignitates, personatus, administrationes, vel of-

Hadrianus VI. prædicta privilegia confirmavit, atque explicavit.

ficia etiam curata, & electiva in Cathedralibus etiam Metropolitanis, vel Collegiatis, aut Scholasticæ Matriculariæ, seu Custodiæ in Parochialibus Ecclesiis, vel Cappella, seu quocumque alio nomine nuncupata, ac dispositioni apostolicæ quomodolibet, præterquam reservatione generali in corpore juris clausa reservata forent, acceptare, & de illis per exequutores in eisdem literis Sixti, & Leonis Prædecessorum prædictorum deputatos, seu eorum aliquem, aut quancumque personam in dignitate ecclesiastica constitutam per exequutorem, seu quemcumque Notarium publicum, aut Presbyterum, vel Clericum, per dictos Magistros artium nominatos, aut eorum quemlibet pro subexequutore eligendum, seu eligendam, sibi provideri facere, ipseque exequutores, & subexequutores, quemlibet eorundem nominatorum in corporalem possessionem Beneficiorum, sic pro tempore acceptatorum, ordinariis Collatoribus prorsus irrequisitis, inducere, & quod tam Seniores, quam etiam Juniores artium Magistri prædicti, secundo, tertio, ac toties nominari, Seniores videlicet, ut præferretur, qualificati, donec octuaginta, Juniores vero donec quadraginta florenos auri de Camera in fructibus Beneficiorum, aut certis annuis redditibus, oneribus prius modo expresso deductis, annuatim haberent, & quod nominationem Universitatis, ac aliam nominationem facultatis artium hujusmodi insimul habere, ac utraque uti, & gaudere valerent: quodque ipsi Collatores vita, & Prælatura eorum durante, bis, seu duabus distinctis vicibus, Capitula vero infra decem annorum spatium semel unum Beneficium valoris prius expressi, respective dictis Magistris, sic per dictam facultatem artium nominatis, conferre tenerentur, & quod dicti omnes, & singuli artium Magistri, sive Seniores, sive Juniores essent, super Beneficiis per eos in vim hujusmodi nominationum acceptatis, per quascumque personas, cujuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis existerent, etiam si Abbatiales, Episcopales, Archiepiscopales, aut alia majori dignitate, etiam Cardinalatus honore præfulgerent, aut in vim quancumque etiam conservatoriarum literarum, & privilegiorum, & indultorum apostolicorum, etiam quibuscumque Ecclesiis, Monasteriis, & locis, ac Archiepiscopis, Episcopis, Locorum Ordinariis, Abbatibus, Capitulis, Conventibus, Collegiis, Universitatibus, etiam Parisiensi, & aliorum Studiorum generalium, ac illorum, & quibuscumque aliis, etiam ex pacis, & quibuscumque aliis causis, ac sub quibuslibet tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis pro tempore concessorum, extra dictam Universitatem, ad iudicium trahi non possent, ipsi tamen nominati hujusmodi suos in dictis Beneficiis quocumque adversarios coram aliquo ex Conservatoribus privilegiorum ejusdem Universitatis trahere valerent, perpetuo concessit, & ordinavit, seu priores literas prædictas

dictas ad hoc extendit, & ampliavit, eisdemque per facultatem artium, ut praeferatur, nominatis, praedictam praerogationem adversus nominatos, etiam vigore primariorum precum, regalium, & imperialium, concessit.

Confirmavit etiam Gregorius XIII.

§.6. Ac demum san. mem. Gregorius Papa XIII. etiam Praeceptor noster inclita mem. Philippi II. Hispaniarum Regis Catholici, Brabantiaeque, & Flandriae Ducis, & Comitis tam suo, quam Universitatis, & facultatis artium huiusmodi supplicationibus humiliter porrectis inclinatus eadem indulta Universitati, & facultati artium praedictis, ut praefertur, concessa, confirmavit, & quatenus opus foret de novo concessit, nec non valorem annuum fructuum Beneficiorum in Indulto Sixti Praeceptoris praedicti expressum ad eam summam, quam dictus Leo Praeceptor in Indulto facultatis artium expresserat, ita tamen, quod ad constituendum valorem huiusmodi grossi fructus dumtaxat, quos absens in studio perciperet, quibuscumque oneribus deductis, extendi, sed prohibuit eisdem nominatis, ne iuri nominationum simpliciter, vel in favorem alicujus ullatenus cedere, sed praedictum jus in manibus ipsorum nominantium remittere possent. Voluitque, quod ii, qui ad Beneficia curam animarum habentia nominati fuissent, non admitterentur, nisi prius ab Ordinariis locorum, praevio examine, absque concursu faciendo, approbati fuissent, quodque in eisdem Beneficiis curam animarum habentibus, personaliter residere tenerentur, nec se eo nomine excusare possent, quod in dictis Universitate, & facultate artium Scholares essent, seu docentes, aut Magistri, prout in singulis Praeceptorum Sixti, ac Leonis, & Gregorii, nec non similis mem. Clementis Papae VII. etiam Praeceptoris nostri super praedicta concessione, & ampliacione ejusdem Hadriani Praeceptoris, cum ipse Hadrianus Praeceptor, antequam eius literae desuper conficerentur, sicut Domino placuerat, rebus fuerat humanis exemptus, expeditis, plenius continetur.

Qui nominatos jus suum nemini cedere

Si ad Beneficia curata nominantur, ab Ordinariis locorum examini

In suisque Beneficiis voluit residere.

Martianus V. prohibuit ne membra Universitatis extra muros Lovanii ad iudicium vocarentur.

§.7. Denique idem Gregorius Praeceptor ex supplicatione Rectoris, Doctorum, Magistrorum, & Scholarium Universitatis huiusmodi, accepto, quod rec. mem. Martinus Papa Quintus, similiter Praeceptor noster perpetuo statuerat, & ordinaverat, quod nullus ex Rectore, Doctoribus, Magistris, & Scholaribus, caeterisque legentibus Universitatis Lovaniensis praedictae, aut ibidem literarum studio insistentibus, seu quavis publica, vel privata negotia nomine ipsius Universitatis quomodolibet exercentibus, tunc, & pro tempore existentibus quibuscumque in causis, seu litibus tunc motis, & de caetero movendis tam civilibus, quam criminalibus, aut mixtis, etiam mere prophanis, sive ratione delicti, aut contractus, vel rei de qua ageretur, ubicumque committeretur delictum, iniretur contractus, aut res ipsa confisteret, per quosvis exequutores, seu

Judices, & auctoritate literarum dictae Sedis, vel Legatorum ejusdem, ex huiusmodi constitutione, & ejus toto tenore de verbo ad verbum plenam, & expressam mentionem non facientium forsitan, pro tempore deputatos, trahi, citari, vel etiam conveniri, aut alias ad iudicium evocari extra Muros Oppidi praedicti Lovaniensis, valeret, sive posset, dummodo coram Conservatoribus in praedicto Oppido per ipsum Martinum Praeceptorem deputatis, aut aliquo eorumdem, vel ejus inibi subdelegato de se querelantibus, singulis se paratos exhiberent legitime stare juri.

§.8. Quodque pia mem. Paulus II. itidem Praeceptor Noster perpetuo etiam statuerat, & ordinaverat quod tunc deinceps in quibuscumque Litibus, querelis, & causis Rectoris, Doctorum, Magistrorum, & Scholarium praedictorum contra eos de caetero movendis extra muros Oppidi huiusmodi, vigore quarumcumque literarum a Sede praedicta, seu illius legatis, delegatis, & subdelegatis, aut alias quomodolibet emanatarum in prima instantia, sive ageretur in possessorio, sive petitorio, ad iudicium evocari, aut trahi, seu conveniri nequirent, dummodo parati essent in dicto Oppido coram aliquo ex Conservatoribus de justitia quibuscumque poscentibus respondere, & nihilominus, quod ipsi Rector, Doctores, Magistri, & Scholares adversarios suos, dummodo Sedis praedictae Officiales, aut in Romana Curia praesentes non essent, coram aliquo ex eisdem Conservatoribus trahere, convenire, & ad iudicium evocari facere in prima instantia libere, & licite valerent.

Paulus II. hoc privilegium declaravit.

§.9. Et quod insuper praedictus Hadrianus Praeceptor, ut praefertur, statuerat, & ordinaverat, quod omnes, & singuli artium Magistri, sive seniores, sive juniores essent super Beneficiis per eos in vim nominationis huiusmodi acceptatis, per quascumque personas, quomodolibet, ut praefertur, qualificatas extra dictam Universitatem ad iudicium trahi non possent, ipsi tamen nominati suos in dictis Beneficiis adversarios quoscumque coram aliquo ex Conservatoribus privilegiorum Universitatis huiusmodi trahere possent.

Idem Privilegium Hadrianus VI. extendit ad Magistros artium, etiam ad Beneficia esse nominati.

§.10. Quodque etiam si idem Gregorius Praeceptor statutum, & ordinationem Hadriani, ut praefertur, confirmasset, & approbasset, nihilominus, pro eo quod in literis confirmationis ejusdem Gregorii Praeceptoris, de Hadriani tantum, non autem Martini, neque Pauli Praeceptorum huiusmodi statutis, ordinationibus, & decretis mentio facta fuerat, nonnulli statuta, ordinationes, & decreta Martini, & Pauli Praeceptorum huiusmodi usu, & effectu carere, neque amplius attendi debere, ac Rectorem, Doctores, Magistros, Scholares, & personas Universitatis huiusmodi in quibuscumque causis, alias, quam occasione beneficiorum in vim nominationis huiusmodi acceptatorum, motis, & movendis, extra Muros dicti Oppidi, ad judi-

Que quidem Martinus V., Paulus II., & Hadrianus VI. Privilegia rata habuit Gregorius XIII.

iudicium evocari posse praetenderent; idem Gregorius Praeceptor statuta, Ordinationes, & Decreta Martini, & Pauli Praeceptorum huiusmodi, ac prout illa concernunt, omnia, & singula in eis contenta, & prout jacent, nec non inde sequuta quaecumque, quatenus essent in usu, perpetuo approbaverat, & confirmaverat, & quatenus opus esset, innovaverat: Decernens, statuta, ordinationes, & decreta Martini, & Pauli Praeceptorum huiusmodi, valida, & efficacia fore, & esse, prout in aliis ejusdem Gregorii Praeceptoris sub Annulo Piscatoris expeditis literis plenius etiam continetur: in quibus etiam noluit, per quascumque alias, etiam in forma Brevis, & sub nomine Camerae Apostolicae ab ipso Gregorio Praeceptore, seu aliis Romanis Pontificibus Successoribus suis, seu dicta Sede, vel illius Legatis, aut Nunciis pro tempore emanatas literas etiam generales, seu speciales, suis ultimo dictae confirmationis literis, ullatenus derogari posse, nec derogatum censeri, nisi illarum tenor de verbo ad verbum insertus, & urgens, & sufficiens causa expressa, & per trinas distinctas literas illarum tenorem continentes, tribus distinctis vicibus, cum trium mensium intervallo praedictae Universitati legitime intimatae, & insinuate, ac derogationes ipsae motu proprio, & ex certa scientia factae fuissent, appareretque Romanum Pontificem illis expresse derogare voluisse; decrevitque suas ultimo dictae confirmationis literas de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut alio quovis defectu notari non posse: Sicque per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam Sacri Palatii Apostolici causarum Auditorios, seu Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiti debere.

§.11. Demumque idem Gregorius Praeceptor per alias suas literas in forma Brevis confectas, eidem Universitati, & facultati artium, & seu eorum, ut praefertur, nominatis, quod de caetero insinuationes, seu praesentationes nominationum ad Beneficia, & Officia huiusmodi pro tempore factarum, fieri possent, & sufficientes esse censerentur, si fierent per literas ad valvas Ecclesiae affixas, illarumque relicta copia in loco solite residentiae ipsorum Collatorum, quatenus eorumdem Collatorum praesentia commode haberi non posset: etiam si Collatores ipsi essent Capitula, Collegia, Conventus, Episcopi, Archiepiscopi, & S.R.E. Cardinales, ac alii quicumque, concessit, prout in singulis praedictorum Praeceptorum nostrorum literis plenius continetur.

§.12. Cumque, annis retro elapsis, per Nos accepto, quod stantibus praedictarum confessionum, & indultorum, ac confirmationum, & decretorum literis, super ipsarum literarum, & in eis contentorum interpretatione, & executione, sicut antea, ita & hisce temporibus in Patria, Civitate, & Dioecesi Leodien. multa oriebantur Bull. Rom. Tom. V. Par. IV.

Nonnulli autem exortis libris super intelli gentia huiusmodi Privilegiorum;

contentiones, & lites inter eosdem Rectores, Decanum, Magistros, & Scholares praedictae Universitatis, seu eorum ad praedicta Beneficia in Civitate, Patria, & Dioecesi Leodiensi consistentia, nominatos ex una, & Curiales Romanae Curiae, & seu alios a Romanis Pontificibus Praeceptoribus nostris, ac etiam a Nobis de Canonice, & Praebendis, aliisque Beneficiis praedictis in aliquo ex mensibus Sedi Apostolicae reservatis, vacantibus provisos ex altera contententibus eisdem, per Decanum, & Vice-Decanum facultatis artium Universitatis praedictae nominatis, eorum nominationes esse validas, & servata forma indultorum praedictorum, ac ad favorem personarum in eisdem indultis qualificatarum factas, seque propterea esse legitimos Beneficiorum praedictorum possessores, & contraditores, & consequenter coram Auditore Camerae, vel aliis Exequutoribus, seu Iudicibus Apostolicis ad Romanam Curiam, vel extra eam, & praesertim Sacri Palatii Apostolici causarum Auditoribus non posse etiam vigore literarum in forma Brevis, etiam de capiendae possessione nomine Camerae super praedictis Beneficiis per eosdem nominatos acceptatis, vel illorum possessione, aut literarum apostolicarum etiam in forma Brevis Cameralis praedictae executione, vocari, & trahi: Provisis autem Apostolicis, & praecipue Curialibus contrarium affirmantibus, nempe provisiones apostolicas esse canonicas, literaque desuper etiam in forma Brevis, nomine Camerae expeditas, & coram Auditore Camerae, vel alio Iudice, seu exequutore apostolico ubicumque residente, praesentatas, suum debuisse, & debere sortiri effectum contra eosdem per Universitatem, & Decanum, seu Vice-Decanum facultatis Artium nominatos, quorum nominationes coram Exequutore apostolico non exhibebantur, & forsitan exhibitae non comprobabantur factae, servata forma praedictorum Indultorum, & ad favorem personarum iuxta eadem Indulta qualificatarum, & proinde Magistros, & scholares, aliasque personas dictae Universitatis ad Beneficia in Mensibus reservatis vacantia nominatos, potuisse, & posse coram Auditore Camerae, & aliis quibuscumque Iudicibus Romanae Curiae, & aliis Exequutoribus apostolicis, ubilibet residentibus, ne dum ex eo, quod Indulta de non evocando nominatos faciebant, legitime tantum, juxta formam Indultorum nominatis, non autem aliis, & excipiebant Officiales, ac Curiales, ac propterea haecenus tam in nostro Rotae Auditorio, quam coram Auditore Camerae ante, & post Literas confirmationis ejusdem Gregorii Praeceptoris fuerant latae, & executioni mandatae diversae sententiae, & factae plures decisiones ad favorem Curialium, & contra eosdem nominatos, & occasione litium, & contentionum huiusmodi, magna in dies oriebantur scandala, & majora poterant verisimiliter exoriri, cum magno praedictae Universitatis, & facultatis Artium,

Paulus V. eas nonnullas Cardinalibus examinandas delegavit.

Itaque auditis pariter.

Et re Pontifici relata Paulus publico bono consultavit ut sequitur.

Abrogat jus nominandi ad Beneficia Diocesis Leodiensis, Comitatus Loffensis, & Ducatus Bullonensis.

tium, nec non Curialium, aliorumque provisorum apostolicorum detrimento.

§. 13. Nos ad litium anfractus evitandos, scandalisque, & malis, incommodisque, & detrimentis predictis obviandum, prout in Domino conspiciamus expedire, dilectos filios nostros Joannem Garziam Sanctorum Quatuor Coronatorum Millinum, & Fabricium S. Augustini Verallum, & Horatium S. Salvatoris in Lauro Titulorum Lancellottum nuncupatos Prebyteros Cardinales, nec non dilectum filium Magistrum Marcum Aurelium Maraldum Datarium nostrum ad negotium hujusmodi discutendum, nobisque referendum deputavimus.

§. 14. Goram quibus, tam Philippus Masius Eques Auratus a Consiliis Finantiarum ejusdem Alberti Archiducis, & pro eo apud Nos residens, quam Carolus Robaulx Canonicus Cameracen. & Agens Statuum Ducatus Brabantie, ad nos specialiter a Statibus, & Universitate predictis ob hanc causam destinatus, dilecti filii pluries comparuerunt, Indultaque, & privilegia predicta Universitatis, ac facultatis Artium exhibuerunt, & super eis diversas sessiones super predictis prætensionibus fieri obtulerunt, ac pro predictorum indultorum apostolicorum confirmatione iteratis vicibus supplicarunt.

§. 15. Audita igitur per Nos relatione eorumdem S. R. E. Cardinalium, & Datarum, præmissisque omnibus prius mature digestis, tam erga Magistros, & Scholares, quam Curiales, aliosque provisos Apostolicos, paterna charitate affecti, volentesque eos in pacis amoenitate pro nostro posse confovere, ipsosque Albertum Archiducem, nec non Rectorem, Doctores, Magistros, & Docentium, & Scholarium, seu studentium, Universitatisque, & facultatis Artium, ac Statuum, & Curialium predictorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, etiam motu nostro proprio, ex nostraque mera liberalitate, & certa scientia, deque apostolice potestatis plenitudine, apostolica auctoritate, tenore presentium, decernimus, & ordinamus, videlicet.

§. 16. Quoad Beneficia in Civitate, Patria, & tota Diocesi Leodiensi, sive in Patria, & non Diocesi, sive in Diocesi, & non in Patria Leodien. in quibus Comitatus Loffensis, & Ducatus Bullonensis comprehenduntur, consentientia, jus, & facultatem nominandi per predicta Indulta Apostolica Decano, seu Vice-Decano facultatis Artium predicta Universitatis, ac forsitan Reftori ejusdem Universitatis concessum, & concessam, vel alias quomodolibet competens, & competentem abrogamus, & perpetuo tollimus, eademque In-

dulta, & concessiones quoad predictum jus, seu facultatem nominandi perpetuo revocamus, ac etiam de consensu ejusdem facultatis Artium, irritamus, & extinguimus, ita quod predictus Decanus, & Vice-Decanus facultatis Artium, nec alia persona ejusdem Universitatis de cætero habeat, aut præterdere possit perpetuis futuris temporibus aliquod jus, seu aliquam facultatem nominandi ad quæcumque Beneficia predictarum Civitatis, Patrie, totiusque Diocesis Leodiensis, & loco ejusdem juris, seu facultatis nominandi, concedimus Decano, seu Vice-Decano predicta facultatis Artium, ut perpetuis futuris temporibus ipsi Decanus, vel Vice-Decanus de consensu Receptoris, & Procuratorum quatuor Nationum ejusdem facultatis, per se, vel alios ad id eis substituendos præstando, seu majoris partis eorum, Beneficia cura, & sine cura secularia, in titulum Clericis secularibus conferri, & per Clericos seculares regi, & gubernari solita in Civitate, Patria, & Diocesi, etiam non Patria Leodien. pro tempore, per obitum dumtaxat vacantia, etiam si sint Canonicatus, & Præbendæ, Personatus, Administrationes, & Dignitates cujuscumque qualitatis, & valoris, non tamen major post Pontificalem, in Ecclesia Leodiensi, nec principalis Dignitas in qualibet ex Collegiatis Civitatis, Patrie, & totius Diocesis, etiam non Patrie Leodien., conferri, illa tamen, illos, & illas, quæ in Civitate, Patria, & Diocesi, etiam non Patria Leodien., per obitum, tantum vacare contigerit in Mense Januarii, & Novembris Anni proxime venturi 1617., & unico Mense, scilicet Mense Novembris anni immediate sequentis 1618. & sic deinceps perpetuis futuris temporibus, ita quod alternatim uno anno vacantia per obitum dumtaxat in predictis duobus Mensibus, & alio anno vacantia similiter per obitum in predicto unico mense tantum, conferri valeant Magistris in Artibus ibidem graduatis, & residentibus, tam senioribus, scilicet qui inibi in facultate Artium sex annis legerint, aut rixerint, vel ob doctrinæ eminentiam ad docendum Logicam, & Physicam Aristotelis admissi, vel in illa a novem annis promoti, & graduati, & de illius consilio forent, vel aliquando fuissent, quam junioribus, videlicet ibidem graduatis, & residentibus, predictas alias qualitates non habentibus, cujuscumque patrimonii sint Magistri predicti, ita quod quicumque eorumdem Magistrorum in Artibus, seniorum, & juniorum anni redditus etiam patrimoniales, vel ecclesiastici, cujuscumque valoris, non impediunt, quominus eisdem possit, de predictis Beneficiis per Decanum, vel Vice-Decanum predicta facultatis artium, ut supra, provideri: Quodque respectu Beneficiorum predictorum in Civitate, Patria, & Diocesi, etiam non Patria Leodien., dumtaxat per obitum, ut præfertur, in predictis duobus Mensibus unius, & in predicto alio mense alterius anni vacantium, idem Decanus,

Concediturque jus nominandi ad Beneficia ibidem vacantia in Mensibus hic designatis.

Haec autem Beneficia eximit a quocumque alio collationis jure, vel privilegio.

Quatuor Menses Sedi Apostolicæ reservat.

Aliaque Beneficia hic expressa.

canus, vel Vice-Decanus facultatis Artium, habeant plenum jus, & facultatem conferendi, & immittendi suos, ut præfertur, provisos in possessionem predictorum Beneficiorum, prout ceteri Collatores Ordinarii ejusdem Patrie Leodien. & in predictis Beneficiis, & vacationibus tantum gaudeant Concordatis inter Sedem Apostolicam, & Nationem Germanicam antea ininitis, aliisque juribus, quibus gaudent ceteri Collatores ejusdem Patrie Leodien.

§. 17. Quia vero antea durante facultate nominandi in Civitate, Patria, & Diocesi, etiam non Patria Leodien. nominati præferbantur juxta predicta Indulta Leonis X., Adriani VI., & Gregorii XIII. Prædecessorum, hujusmodi nominatis, vigore primariarum precum, etiam Regularium, & Imperialium, aliorumque Indultorum Apostolicorum; Hinc nos, quod Beneficia in predictis mensibus Decano, vel Vice-Decano facultatis Artium assignatis per obitum vacantia non comprehendantur in predictis primariis precibus, aliisque Indultis Apostolicis, nec ad illa possint fieri, illorum vigore, alia nominationes, nec acceptationes, declaramus, & decernimus.

§. 18. Reliquorum vero Beneficiorum, Canonicatum, Præbendarum, Dignitatum, & aliorum quomodolibet qualificatorum Civitatis, & Patrie, ac totius Diocesis, etiam non Patrie Leodien., alias, quam per obitum, ut præfertur, ac etiam in certis mensibus Apostolicis, scilicet Martii, Maii, Julii, & Septembris anni proximi 1617., & in Mensibus Januarii, Martii, Maii, Julii, & Septembris anni immediate sequentis 1618., & sic deinceps alternatim in perpetuum, sive per obitum, sive alias quomodolibet vacantium, libera collatio, proviso, & omnimoda dispositio ad Nos, & Sedem Apostolicam, Romanosque Pontifices nostros successores remaneat, spectetque, & pertineat, reservataque sit, & esse censetur, prout harum serie, perpetuo nobis, & Sedi Apostolicæ reservamus, absque eo quod ad predicta Beneficia, sic, ut præfertur, Sedi Apostolicæ reservata, possint Magistri Seniores, vel juniores Scholares, vel alia persona dicta Universitatis de cætero perpetuis futuris temporibus nominari per dictos Decanum, vel Vice-Decanum facultatis Artium, aut Rectorem ejusdem Universitatis, nec quibuscumque nominationibus forsitan hætenus ad eorum favorem factis, uti, quas ex nunc revocamus, & annullamus, ac pro revocatis, & annullatis haberi decernimus.

§. 19. In predicta autem facultate conferendi per nos Decano, & seu Vice-Decano facultatis Artium, ut præfertur, quoad Beneficia Civitatis, Patrie, & Diocesis, etiam non Patrie Leodien. concessa, præter majorem post Pontificalem in Cathedrali Leodien., ac principales in Collegiatis Ecclesiis Civitatis, Patrie, & totius Diocesis, etiam non Patrie Leodien. superius exceptas, alias quoque Dignitates electivas, ac Beneficia consistorialia, & seu in Libris Canon.

meræ Apostolicæ taxata, aliaque Monasteria, & Beneficia Regularia; necnon quæcumque Beneficia apud Sedem Apostolicam vacantia, & aliis reservatione, vel affectione in corpore juris clausa, Sedis Apostolicæ dispositioni reservata, nullatenus comprehenduntur, sed dispositioni Sedis Apostolicæ reservatas, & reservata, etiam declaramus, & volumus: Ita quod predicti Decanus, vel Vice-Decanus facultatis Artium, non possint quoquo modo in illorum provisione, collatione, electione, vel nominatione, aut alia dispositione se ingerere, etiam si in predictis duobus unius, & uno alterius anni mensibus, Decano, & seu Vice-Decano predicta facultatis Artium, ut supra, alternative assignatis, per obitum de cætero vacaverint.

§. 20. Et ad tollendas contentiones jurisdictionum, quæ inter Exequutores Apostolicos, & Judices per nos, ac Romanos Pontifices successores nostros pro tempore dandos, & delegandos ex una, & Conservatores privilegiorum predicta Universitatis ex altera super cognitione causarum super eisdem Beneficiis Civitatis, Patrie, & totius Diocesis, etiam non Patrie Leodien. de cætero exoriri possent, decernimus, & declaramus, cognitionem, & decisionem causarum super Beneficiis in mensibus facultatis Artium, ut præfertur, assignatis per obitum tantum vacantibus, non tamen, ut præfertur, exceptis, Sedi que Apostolicæ reservatis, de cætero movendarum, spectet, & pertineat ad Conservatorem, vel Conservatores predicta Universitatis, itaut Magistri Seniores, & juniores a Decano, vel Vice-Decano facultatis Artium, ut præfertur, providendi de Beneficiis predictis, ut supra, vacantibus, non possint etiam vigore quarumcumque Literarum Sedis Apostolicæ, & Legatorum, aut Nunciatorum ejusdem, etiam in forma Brevis de capienda possessione Beneficiorum nomine Camera, nec alias extra Universitatem Lovanien., per quemcumque etiam Curialem Romanæ Curie, aut Officialem Sedis Apostolicæ, vel alium, provisum Apostolicum trahi. Ipsi vero Magistri quoscumque suos adversarios, quoad predicta Beneficia, ut præfertur, per obitum tantum vacantia, coram aliquo ex Conservatoribus trahere possint, juxta Literas Adriani VI., & Gregorii XIII. Prædecessorum hujusmodi.

§. 21. Causarum vero super Beneficiis in quatuor, & quinque Mensibus alternatorum annorum respective, ut supra, vacantibus, aliisque Beneficiis Sedi Apostolicæ, ut præfertur, reservatis, vel affectis, & aliis ut supra exceptis de cætero movendarum, cognitio, & decisio remaneat, & spectet ad Sedem Apostolicam, et fieri debeat per Exequutorem, vel Exequutores, & Judices per nos, Romanosque Pontifices Successores nostros, & Sedem Apostolicam pro tempore, ubilibet etiam in Romana Curia, et alibi, etiam ultra tres, & quotcumque alias Dietas, etiam in executione quarumcum-

Declarat causas movendas super Collationibus Universitatis Lovanien. concessis definitivas esse a Conservatore ejusdem.

Causas vero movendas super Beneficiis reservatis Sedi Apostolicæ.

que literarum apostolicarum, etiam in forma Brevis, & de capienda possessione nomine Camere Apostolicae, ac quarumcumque commissionum apostolicarum, & provisionum eorundem Beneficiorum, & cuiuslibet eorum deputandos, & delegandos, deputandumque, vel delegandum, ac quocumque alios super praedictis Beneficiis Civitatis, Patriae, & totius Dioecesis, etiam non Patriae Leodien. in praedictis quatuor, & quinque mensibus, alternatis annis, ut praefertur, quomodolibet vacantibus, ac alias in praedicta facultate conferendi Decano, vel Vice-decano facultatis Artium concessa, ut praefertur, non comprehendis, & ut supra exceptis, possint coram quocumque, vel quibuscumque Exequutore, vel Exequutoribus, ac Iudicibus apostolicis ubilibet extra Oppidum Lovanien., ac etiam in Romana Curia, & alibi, etiam ultra tres, et quocumque alias Dietas citare, vocare, & convenire quocumque Magistros, Scholares, Rectorem, & alias quascumque personas, & Officiales praedictae Universitatis, etiam, quod actu literarum, & Theologiae studio, vel lectione, seu Magisterio, vel cuicumque alteri officio incumbant; nec jidem Magistri, vel Scholares, caeterique Officiales, & personae ejusdem Universitatis, possint quemquam ex eisdem, ut praefertur, provisionis apostolicis ad iudicium coram eisdem Conservatoribus dictae Universitatis trahere, nec quominus mandata de immittendo, et alia quaecumque etiam executiva per Exequutores, & Iudices apostolicos decernenda, & relaxanda, executioni demandentur, quoquo modo impedire, nec Conservator, vel Conservatores Universitatis huiusmodi, possint in eis aliquo modo, nec cognoscendo, nec impediendo se ingerere, sub nullitate omnium actorum, ac censurarum, & amissionis Officiorum, & privationis Beneficiorum Ecclesiasticorum per eos obtentorum poena, ipso facto, etiam absque alia sententia declaratoria incurrenda, & quatenus oriretur controversia, an eadem Beneficia praedictae Civitatis, Patriae, et Dioecesis Leodien., seu eorum aliquot vacaverint, vel vacaverit, in aliquo ex duobus, vel uno mensibus successive eidem facultati Artium, ut supra, assignatis, vel potius in aliquo ex mensibus cuilibet Ordinario Collatori, juxta Concordata inter Sedem apostolicam, & Nationem Germanicam alias inita assignatis, tunc cognitio spectabit, prout antea spectavit, ad Conservatorem, seu Conservatores praedictae Universitatis, excepto tamen casu, quando collatio, vel dispositio Beneficii, seu Beneficiorum praedictorum vacantium, erit Sedi apostolicae, alias quam ratione mensis, reservata: tunc enim cognitio, et decisio causarum desuper movendarum spectet ad Exequutorem, vel Exequutores, ac Iudices apostolicos, ut praefertur, ubilibet deputandos, ita ut Conservator, vel Conservatores Universitatis non possint in eis aliquo modo, nec cognoscendo, nec impediendo, ut praefertur, se ingerere sub eadem poena nullitatis actorum

quorumcumque, ac censurarum, & amissionis Officiorum, & Beneficiorum Ecclesiasticorum per eos obtentorum, ipso facto, ut praefertur, incurrenda.

§. 22. Volumus autem, quod in Oppido Trajecti ad Mosam, praedictae Dioecesis Leodien. fiant de caetero nominationes, juxta Indultorum antiquorum praedictorum formam, & tenorem ad Canonicatus, Praebendas, ac Beneficia Ecclesiae Collegiate Sancti Servatii; Collationes vero fiant de Canonicatibus, et Praebendis, ac Beneficiis alterius Ecclesiae Collegiate Sanctae Mariae ejusdem Oppidi juxta praesentis immutationis, et concessionis nostrae formam, & tenorem.

§. 23. Declarantes insuper, si qua Loca Dioecesis Leodien. reperiantur de praesenti sub dominio, & actuali jurisdictione ejusdem Archiducis Alberti, tunc in eis pariter fieri debere nominationes, juxta praedictorum Sixti, Leonis, Adriani, & Gregorii Praedecessorum huiusmodi Indultorum formam, et tenorem: quo vero ad Beneficia extra Civitatem, Patriam, & Dioecesim, etiam non Patriam Leodien., in Civitate Cameracensi, & Comitatu Cameracensi, ac Tornacensi, Morinensi, Attrebatensi Civitatibus, & Dioecibus, aliisque Dominis praedictis, olim Maximiliani, & Caroli Imperatorum, & nunc Alberti Archiducis praedictorum per praedictas Sixti, Leonis, Adriani, seu Clementis, ac Gregorii Praedecessorum huiusmodi literas expressis consentientia; Nos, ut etiam Artium facultatem, ac etiam Universitatem praedictam, amplioris gratiae favore profsequamur, taxam Beneficiorum praedictorum extra Patriam, & Dioecesim Leodien. consentientium, ad quae, vigore praedictorum Indultorum Sixti, Leonis, Adriani, & Gregorii Praedecessorum huiusmodi, ut praefertur, fieri possunt nominationes ad valorem sexaginta ducatorum in eisdem Indultis limitatur usque ad ducatos centum auri de Camera, augendam duximus; quantitatem vero patrimonii alias per eadem Indulta ad summam annui redditus octuaginta ducatorum similium restrictam, usque ad ducatos centum, & triginta similes respectu Magistrorum Seniorum, ut supra, qualificatorum facultatis Artium, & etiam in Sacra Theologia Magistrorum, jurisque Canonici, & Civilis, ac Medicinae Doctorum, necnon Licentiarum de Consilio Universitatis existentium augemus: In reliquis vero, salvis semper, & intactis remanentibus omnibus, & singulis supra per nos statutis, & ordinatis, & non alias praedicta Indulta, & literas Martini V., Pauli II., Sixti IV., Leonis X., Adriani VI., & Gregorii XIII. Praedecessorum nostrorum, ac omnia, & singula in eis contenta, quae tamen in aliquo praesentibus statuto, & ordinatione nostris non adversantur, confirmamus, & approbamus, quaecumque vero contraria, vel in aliquo repugnantia revocamus.

§. 24. Volumus autem, & mandamus, quod ii, quibus de Beneficiis curam Animarum

Trajecti nominationes ad Beneficia fieri vult juxta formam antiquorum Privilegorum.

Nonnulla alia statuit.

Provisi de Beneficiis curam Animarum an-

marum habentibus, & in Civitate, Patria, & Dioecesi Leodien. consistentibus, ut praefertur, provivum fuerit: necnon alii, qui ad Beneficia similem curam Animarum habentia, & in Dominis Alberti Archiducis praedictis, aliisque Locis consentientia nominati fuerint, ad illa non admittantur, nisi prius ab Ordinariis Locorum, praevio examine, absque concursu faciendo, fuerint approbati.

§. 25. Quodque in eis personaliter residere teneantur, nec se eo minus excusare possint, quod in dictis Universitate, & facultate Artium Scholares sint, aut docentes, seu Magistri, vel Officiales, seu Rector.

§. 26. Per praesentes autem non intendimus Indulto per nos Venerabili Patri nostro Ferdinando Episcopo Leodien., conferendi certa Beneficia reservata praedictae Civitatis, & Dioecesis Leodien., ad certum tempus concessa, et forsan proroganda, vel eidem Ferdinando Episcopo de novo concedendo, quatenus eidem prorogari, vel de novo concedi, contingat derogare, seu ejus Indulto praedictae in aliquo derogatur.

§. 27. In aliis vero Indultis tam in Episcopatu praedictae Leodien. ejusdem Ferdinandi Successoribus quomodolibet qualificatis, etiam S. R. E. Cardinalibus, ac Sedis Apostolicae Lateranensis Legatis, seu Nunciis per nos, & Romanos Pontifices Successores nostros concedendis, beneficia in Mensibus facultati Artium, ut praefertur, per nos concessa per obitum tantum vacantia, minime comprehenduntur, nec comprehensa censeferi in Indulto moderni Nuncii Colonien. decernimus, & declaramus.

§. 28. Praesentibus quoque nostris per quascumque alias, etiam in forma Brevis, & sub nomine Camerae Apostolicae a nobis, seu aliis Romanis Pontificibus Successoribus nostris, seu dicta Sede, vel illius Legatis, aut Nunciis pro tempore emanatas Literas, etiam quascumque generales, vel speciales, etiam derogatorias derogatorias, aliasque efficaciores, & insolitas clausulas, nec non irritantia, & alia decreta in se continentes, & sub quibuscumque verborum formis, ac expressionibus conceptas derogari nullatenus posse, nec derogatum censeferi, nisi earundem praesentium tenor de verbo ad verbum, nihil pepitum omisso, insertus, ac urgens, & sufficiens causa expressa, & per trinas distinctas Literas illarum tenorem continentes, tribus distinctis vicibus, cum trium mensium intervallo praedictae Universitati legitime intimata, & insinuata, ac derogationes ipsa motu, & scientia similibus factae fuerint, appareatque Romanum Pontificem illis expresse derogare voluisse, & alias pro tempore factas derogationes nullius roboris, vel momenti fore, & nemini suffragari, ac pro infectis, & non concessis haberi debere, ipsaque praesentes Literas de subreptionis, & obreptionis vitio, aut intentionis nostrae, vel alio quovis defectu ex quavis causa notari impugnari, vel invalidari, aut ad terminos

juris reduci, seu in jus, vel controversiam revocari, mihi sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus, minime comprehendendi posse, sed semper ab illis exceptas, & quoties emanabunt, toties in pristinum, & eum, in quo ante praemissa quomodolibet erant statum, restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, ac de novo etiam sub Data per dictam Universitatem eligenda, concessas esse: Siquae per quoscumque Iudices Ordinarios, vel Delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam Sacri Palatii Apostolici causarum Auditores, seu S. R. E. Cardinales, sublati eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & desinere debere; irritum quoque, & inane quicquid secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

§. 29. Non obstantes fel. rec. Bonifacii Papae VIII. itidem Praedecessoris nostri, quacavetur, ne quis extra suam Civitatem, vel Dioecesim, nisi in certis expressis casibus, & in illis, ultra unam diem a fine suae Dioecesis ad iudicium evocetur, seu ne Iudices a Sede praedicta deputati extra Civitatem, vel Dioecesim, in quibus deputati fuerunt, contra quoscumque procedere, aut alii, vel alii vices suas committere audeant, vel praesumant, & in Concilio generali edita de duabus Dietis, aliisque Apostolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon quibusvis inhibitionibus etiam ab ipsis Auditoribus, seu Cardinalibus, vel eorum aliquo, vigore quarumcumque commissionum, seu Literarum Apostolicarum quoad Beneficia per obitum tantum in mensibus facultati Artium assignatis vacantia superius non excepta, jam forsan emanatis, & in posterum emanandis, necnon Ecclesiarum, Monasteriorum, Universitatum, Provincialium, Regionum, Civitatum, Oppidorum, & Locorum quorumcumque, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia, roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis, illis ac quibusvis Archiepiscopis, Episcopis, Ordinariis, etiam Cardinalibus honore fulgentibus, & quibusvis aliis personis, quacumque dignitate praeditis, nec non Capitulis, Collegiis, Conventibus, Communitatibus, & Universitatibus studiorum etiam generalium, necnon Locis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, nec non irritantibus, & aliis decretis per nos, seu quoscumque Romanos Pontifices, aut Sedem praedictam in genere, vel in specie, etiam ad Imperatoris, Regum, Reginarum, Archiducum, Ducum, vel aliorum Principum instantiam, seu etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de apostolica potestatis

Et in eisdem edicere.

Praefertur Privilegiis Episcopo Leodien. concessis.

Ceteris autem Privilegiis concessis in Universitate factae non derogatur.

Clausulae pro eisdem concessis firmitate.

Derogatio contrarium